



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 39. Florentinorum mens de schismate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

seculi concionibus sacris similes inchoantur per quemdam codicis Divini locum; quem sequuntur prolusiones, ac declarationes animi: tum corpus sermonis ipsum farciunt tot divisionum divisiones, ut illud reddant obscurius. Posteaquam Clemens Cognitores dederat, examen rei per annum reliquum, proximumque totum duravit.

Sæcul. XIV.
A. C. 1387.

§. XXXIX.

Florentinorum mens de schismate.

Mense Novembri an. 1387 Clemens solemnem legationem misit Florentiam, ubi honorifice fuit excepta, cum Nobiles aliquot obviam iissent. Sed antequam Florentini Legatis aures præberent, consulebant Ludovicum Marsilium Theologiæ Doctorem ex Ordine Eremitarum S. Augustini vitæ sanctæ, ac nominis magni virum, qui reposuit: Potestis eos audire. Si orbi Christiano expedit, quod proponunt, executioni dabitur: si obeest, illos ablegabitis.

S. Anton.
to. 3. p. 404.

Senatus igitur sui copiam Legatis fecit: qui, quem habebant sermonem, finiebant orando, ut Respublica Florentina suam operam conferret ad convocandum concilium universale, quod decideret, uter electorum esset Papa verus. Si Clementem agnosceret, eum Urbano Romanam

Sæcul. XIV. manam donaturum esse purpuram: si
 A. C. 1387. hunc declararet, illum se istius arbitrio
 prorsus permiffurum. Cum Florentinos
 egregiis ornassent laudibus, inter alias
 magni momenti res spondebant fore, ut
 Clemens eos constitueret suos Vicarios
 in propinquis Ecclesiæ terris, quarum re-
 ditus asservarent; donec decisa per Con-
 cilium causa esset. Florentiæ Magistra-
 tus post consultationem sedulam respon-
 debant: De concilio agere non est no-
 strum, sed potentiorum nobis Regum, &
 Principum, a quibus id postulabimus.
 Cæterum a Papa, quem huc usque agno-
 vimus (is erat Urbanus) non desiscer-
 mus, donec Ecclesia, vel Concilium de-
 creverit alium. Ita Clementis Legatos
 dimisere.

§. XL.

Scelera Lollardorum in Anglia.

Erat in Anglia Carmelita quidam Gual-
 terius Diffus vocatus, qui Lancastræ
 Duci a Confessionibus fuerat, & cui Papa
 Urbanus magna contulerat privilegia, ra-
 tus fore, ut ille hunc Principem ad sce-
 ptrum Castiliæ aspirantem sequeretur in
 Hispaniam. Dux reipsa eam petiit: sed
 Gualterius in Anglia remansit, ubi pro
 pecunia distribuebat gratias ab Urbano
 Duci Lancastræ concessas. In harum
 nume-

Th. Valsing.
 p. 327.